

1978

M

484  
(5)

De  
LOCUTIONE EMBLEMATICA

ad Cap. III. Zachar. vers. 9.  
differens

V I R O S

Illustres, Generosos, Amplissimos, Consultissimos  
admodum Reverendos Patronos, & Scholæ Antifitites  
Spectatissimos, ut et Omnes omnium Ordinum Musarum  
Fautores Nobilissimos & Honoratissimos

Ad

Actum Oratorium

Et

Subsequens Examen

Die 29. & 30. Mart. 1773. hor. mat. 9:

In Schola Cotheniensi Reformata  
celebrandum,

*humanissime invitat*

Joannes Augustus Lüdicke  
Con-Rector.

Cothenii, ex Officina Schöndorfiana.

X3063685



Kopie 78 M 484 (5)

AK

L 153



§. 1.

Circumspicienti mihi, oculos hinc & illinc  
disjicienti, de argumento quodam,  
quod programmatis loco proponerem,  
brevibusque pro ratione temporis de-  
ducerem opportune sese obtulit materia ejusmodi, de  
qua altum apud Bibliorum interpres est silentium, &  
quæ tamen, si bene consideretur, magnam in sacrarum  
litterarum explicatione adfert utilitatem.

§. 2.

Feliori tramite vero ut decurrat labor noster sine  
prorsus exhibitis ambagibus locutionem emblematicam  
Cap. III. Zachar. vers. 9. explicabo. Verba hujus vers.  
sic habent :

A.

?

בְּרִיתָה תָּאַבֵּנוּ אֲשֶׁר נִתְּחַי לִפְנֵי יְהוָשֻׁעַ עַל-אַכְזָבָה שְׁבִיתָה  
עַיִּים הַנָּגִי מִפְתָּחָה פָּרָתָה נָאָם יְהוָה אֱבֹאוֹת וּמְשֹׁתִּי אֶת-צָוֹן חָרֵן  
הַחַיָּא בַּיּוֹם אַחֲרֵן:

h. e. Quia ecce lapis, quem dedi ad facies Jehosuah, super lapidem unum septem oculi: ecce ego aperiens apertioem ejus dixit Dominus exercituum, & removebo iniquitatem terrae illius in die una. Quatuor ad hunc locum accuratius perpendenda sunt :

- I. Quid intelligatur per lapidem unum coram facie Iosuae pontificis.
- II. Quinam sint septem oculi in eum lapidem conversi.
- III. Quonam alludant cælaturæ ejus lapidis.
- IV. Quonam deletio criminum memorata terræ uno die.

§. 3.

I. Ad quæstionem primam quod accinet non defunt, qui nomine emblematico lapidis unius intelligi simpliciter putant personam Messiae, alibi sub eodem emblemate in S. S. occurrentem Ps. 118. Jes. 28. 1. Petr. 2. & alibi, absque ulla allusione alia quam haec, quæ sit ad naturam & proprietates cuiusvis firmissimæ lapidis & solidæ rupis, sed quamvis fateamur omnino hoc loco de Messia quoque esse cogitandum, facile tamen patet ex totius dicti allegoria generalem hujusmodi allusionem non sufficere, non de quovis firmosissimo lapide dici poterat positum fuisse a Deo coram facie Iosuae pontificis.

Mi-

Minus recte se habet expositio eorum, quibus lapis noster symbolice pontifex successor Iosuæ, quomo<sup>d</sup>o is dici potuit positus coram facie Iosuæ, cur in eum potius conversi septem oculi, quam in ipsum Iosuam, cuius ipsius auspiciis restaurabatur templum, & formabatur reipublicæ & ecclesiæ post redditum e captivitate status.

Grotius respici censuit ad lapidem stanneum de perpendiculo dependentem in manu Zerubabelis, quando struebatur templum de quo Cap. IV, 10. sed parum omnino commode. Primo enim sermo hic est de lapi de collocato in humo uti phrasis commatis nostri haud obscure innuere videtur coram facie Iosuæ, non de lapillo aut alio aliquo pondere quod de funiculo in structura ædificii dependebat. Deinde agitur de lapide, qui non tam totius populi Israels oculis erat expostus uti lapis perpendiculi in templi ædificatione, quam definite oculis tantum Iosuæ ut pontificis. Tandem lapidi perpendiculi quoque dici non potest, quomo<sup>d</sup>o convenerint cælaturæ, de quibus hoc comma.

Multo melius allii cogitant de præcipuo quodam, aut omnium primo lapide, in fundatione templi II. cuius collocatio coram facie Iosuæ dicatur facta, quoni<sup>m</sup> is caput & princeps erat ecclesiæ Judaicæ summus que templi antistes, atque hoc quidem ita generatim recte se habet, sed tamen paulo adhuc specialius definiri debet, quisnam præcipiuus ædificii templi lapis esse potuerit, cui ista specialia, quæ hoc commate memorantur, congruerint, quæ sane cuiuscumque lapidi præcipue in templi fundamentis non congruebant.

Nostra ergo sententia cogitandum est de celebri il-

lo lapide fundamenti seu positionis **אֲבָנָה** quem Rabbini antiqui magno consensu describunt tanquam ingens faxum marmoreum collocatum in S. sanctorum cui in templo primo imposita arca foederis, cujus in templo II. locum tenuerit, de cuius lapidis existentia, quamvis dubitent quidam, satis tamen per constans omnium Judæorum testimonium videmur esse posse certi. Ad hunc lapidem hoc loco respici probabile fit, sequentibus argumentis.

1.) Quia nullus alias lapis præstantissimus & maximus in templo monstrari potest, de quo ita simpliciter & **καπέλον** uti hoc loco fit, sermo fieri possit, & quidem tanquam de lapide uno & prorsus singulari **תְּהִיא**.

2.) quoniam ei unice convenit, collocatum esse eoram facie Josuæ pontificis maximi soli intranti in S. sanctorum datum erat ad scintillum lumen prunarum suffitus eum contueri & quidem die solemní expiacionis, ad quem ipsum ad finem versus videbimus alludi.

3.) Quoniam ad hunc lapidem S. sanctorum ob expiationem, quæ circa eum siebat omnium maxime conversti erant oculi totius gentis. Hic quoque lapis considerari poterat, tanquam is, cuius causa totum struebatur templi aedificium, cuius usus erat præcipuus per cultum sacrum, cuius præcipua pars in S. S. peragebatur, Deum propitium reddere populo suo.

4.) Quodsi etiam sub nomine lapidis hoc loco cogitandum sit de persona Messiae Salvatoris, æque ac in aliis sacrae Scripturæ locis, lapis iste, qui erat in templo II. loco arcæ foederis, quæ basis quondam troni divini illustrem hanc personam omnium optime symboli-

7

bolice depingere potuit, quod in locis supra allatis nec  
non Jes. VIII. haud obscure fit.

§. 4.

II. Sed quid erunt jam septem oculi ad hunc lapidem  
conversi?

Quinam putant, particula  $\text{ל}$  indicari oculos fore  
in lapidis superficie, sic ut lapis occurrat tanquam ipse  
oculatus splendorem emittens atque oculos, quibus gra-  
tiose homines respicit, illuminans, quod de Christo spi-  
rituali lapide verissimum; sed non convenit id cum e-  
legantia per analogiam emblematum, non cohærent o-  
culi & lapis, quisnam unquam audivit de oculis in du-  
ro lapide, unde hæc potuerit mutuo sumi locutio. U-  
num instar omnium hujus sententiae patronum audia-  
mus, magnum Polum, cujus verba ex versione hoc de-  
scribimus. Auf diesem einem Steine, inquit, waren  
sieben Augen, und dem Josua und seinen Mitgenossen  
wird befohlen, darauf zu merken. Die Bedeutung hie-  
von nun sollte der Engel ihnen erklären. Es ist nicht  
unwahrscheinlich, dass dieser Stein ein Eckstein, und  
zwar ein Haupteckstein war, und dass die darauf aus-  
gegrabenen Augen so standen, dass sie nach verschiede-  
nen Gegenden sahen. Alsdenn würde dieses ein sehr  
vollkommenes Sinnbild von Christo, dem Haupteck-  
steine, und von seiner vollkommenen Erkenntniß und  
Weisheit seyn, welche ihn geschickt machten, seine  
Kirche zu regieren, und für sie zu sorgen. vid. Opus  
Anglicanum.

Ci. ergo Vitringa Obs. f. Lib. I. diss. 3. cap. 4. §. 7.  
seqq. per  $\text{ל}$  intelligi mavult fontes ex superficie la-

B

pidis

pidis nostri prorumpentes, ita ut alias etiam ex rupibus Exod 17. Ps. 105. vers. 41. 1. Corinth. 10, 4. Quod etiam adoptavit Hasæus in diss. de lapide fundamenti Cap. 4. §. 19. ubi ipsum lapidem fundamenti fuisse putat recisum de rupe percussa a Moſe atque secutum dici Iſraelitas ratione non tantum fluxus aquarum per desertum, sed & propriissime quando ipsius rupis particula erat apud Iſraelitas servata pro basi arcæ foederis in sancto S. Fatendum est, vocem *vix* de fontibus interdum usurpari idque ideo, ut putamus, quia radix *vix* apud Arabes manandi habens significatum, maxime proprie, & forte primo sensu fonti potuit nomen dare, unde ob liquores ad visum facientes idem nomen ad oculum translatum. Fatendum quoque, quod additur aperiam aperturus ejus, optime de apertura fontium potuisse dici, uti Ps. CV, 41. Zachar. XIII, 1. & alibi. Sed non video, quomodo, si lapis hoc loco in allusione sit lapis fundamenti sanctuarii, hic quidem de prorumpentibus cogitari possit. Non de rupe deserti est sermo, e qua fontes prorumpere possint, sed de lapide intra concclave sanctuarii, quod autem Hasæus id quidem absque uberiore refutatione pro mero figmento haberri licet, cui nullum certum est in s. codice fundamentum, non sane 1. Corinth. X, 4. illic enim sine dubio sequentes Iſraelitas aquæ ex percussa rupe tantum intelliguntur, quod autem addit ex Apocal. XXII, 1. de flumine exeunte ex trono Dei & agni id aliam habere allusionem ostendi potest.

Nostro itaque judicio interpretatio altera de oculis atque ad lapidem conversis, omnino servanda est. Dupliciter autem, quod ad allusionem septem oculi hic exponi queunt.

Cogi-

Cogitari potest de septem paribus oculorum Cherubinorum, quorum sculpturæ erant ad parietes S. sanctorum saltem in templo Salomonis, unde licet forte templo II. deessent, potuit tamen locutio sumi. Hoc modo autem septem oculorum paria concipi poterunt, si ponamus, quatuor Cherubinos pro angulis aditi, tres vero pro mediis parietibus, quarto latere ad orientem merito excepto, quoniam ibi introitus erat & velum.

Sed quum hæc nitantur hypothesi quadam, quam fatendum est, non prosus certum esse, quod ad numerum septenarium Cherubinorum. Potius per septem hosce oculos videmus, intelligere posse septem lucernas lychnuchi in sancto lumen fundentes versus velum S. sanctorum, maxime quando lychnuchus oblique constitutus cum Josepho concipitur speciatim dici potest etiam immediate ipsum lapidem fundamenti collustrasse lucerne istæ, quando hic concipitur sanctuarium prout expiationis die erat uti ex ultima parte versus liquebit, quando scilicet Pontifex maximus qualis Joshua elevato velo in aditum intrabat. Lumina autem lychnuchi sub oculorum nomine concipi potuisse, neque a sacra neque ab aliis orbis terrarum linguis est alienum. Sic sol dicitur mundi oculus & oculus diei, sic apud Aristophanem  $\tauο\ λαμπτεον οφρα λυχνια$ . sic apud latinos scriptores oculi vulgo lumina & alias simili emblemata; sic apud Ovidium Amorum lib. 3. Eleg. 3. vers. 9. Argutos habuit: radiant ut fidus ocelli. Hinc etiam Matth. VI. vers. 22. dixit Christus, lucernam corporis esse oculum. Atque hinc ipsi Christo inviso Apocal. Cap. I. vers. 14. tribuuntur oculi instar flammæ ignis, sed quod



quod magis rem conficit, ipsæ lucernæ lychnuchi sacri considerantur tanquam oculi Apocal. Cap. V. vers. 6. ubi septem oculi septem spiritus Dei dicuntur, qui Cap. IV. vers. 5. tanquam septem lucernæ ignis coram trono Dei ardentes occurunt.

Atque ita liquet, saltem per naturam locutionis emblematicæ hic allusionem ad septem lucernas lychnuchi concipi posse, quod etiam omnino debeat, sequentibus argumentis probamus :

1.) quia hoc loco agitur de sanctuario prout se habet maxime die expiationis levato per potificem in aditum intrantem velo & ita oculis radiantibus lucernarum septem respicientibus lapidem in S. sanctorum, de quo hic agi vidimus.

2.) Quia mox fermo est de lychnacho & septem lucernis ejus Cap. IV. vers. 2. quo eodem cap. etiam vers. 10. septem oculorum Dei fit mentio.

3.) Hac ratione optime potuit describi, quod hic intenditur, scil. floriturum cultum sacr. sub Josuæ pontificis directione in structo templo, quemadmodum enim ardentes lychni sacri lichnuchi omnino partem faciebant quotidiani cultus Levit. Cap. XXIV. vers. 2. Exod. Cap. XXVII. vers. 21. sic in sacro codice alibi cultus s. templi quando consideratur, tanquam maxime florens, lucentis lichnuchi præ reliquis fit mentio, sic 2. Chron. Cap. XIII. vers. II. atque hinc quum Deus interminatur remotionem exercitii cultus s. ecclesiæ Ephesinæ describitur phraesi remotionis lichnuchi ex ecclesia ista, Apocal. Cap. II. vers. 5.

§. 5.



§. 5.

III. Tertio loco quæritur, quid sibi velit, quod additur: & aperiam aperturas ejus, minus verisimilem jam supra vidimus eorum sententiam, qui putant, alludi ad foramina fontium in lapide nostro conspicua, ut paucis ergo dicam, quod verisimillimum nobis videtur, putamus

1.) generatim respici potuisse ad aliquam sculpturam ornatus causa lapidi positionis in intimo templi adito additam, qualem Judæi fuisse volunt, quæ nomen **תְּהִימָה** exhiberet, sed

2.) posset etiam cogitari generatim de sculpturis, quibus omne templum Hieros. ornandum erat, in cuius structura tunc temporis occupabantur Judæi, cuiusque veluti fundamentum quoddam noster erat lapis, cuius causa totum istud ædificium dici poterat erigi, sicut de eo verum esset, quod de erecto lapide memoriali dicebat Jacobus Patriarcha Genes. Cap. XXVIII. vers. 22. Et lapis iste, quem posui statuam, erit domus Dei, id est ejus quasi fundamentum erit, domusque Dei ad ipsum locum hujus lapidis ædificabitur. Sensus est: sculpam sculpturas ejus, id est: & huic lapidi faciam, ut maneat insculptum nomen memoriale meum, & omni porro templo cuius hic lapis jecit veluti fundamenta providentia mea splendidum appareat. Verbum **פֶּרַח** cum addito nomine **פֶּתַחָה** de sculpturis recte accipi, abunde patet ex Exod. Cap. 28. vers. 11. & 21. Cap. 39. vers. 30. 2. Chron. cap. 2. vers. 14. eodemque modo vox **פֶּטַר** etiam de elegantibus sumitur sculpturis, 1. Reg. VI. 18. 29. 32. 35. a verbo **פֶּטַר**

C

§. 6.

## §. 6.

Ultimo tandem loco quæritur, qua mēntē addatur apud vatem nostrum *et tollam iniuriam terre illius die una* cum fane primo intuitu nunquam tale quid contigisse aut contingere in oeconomia ceremoniali potuisse videntur, sed certissime hic agitur de illustri illo sacerdorum mundi die, quo Christus cruciadfixus omnium electorum totius mundi culpam sublaturus erat, quemadmodum factum fuisse Christiani ex scriptis N. T. novimus. Alluditur autem sine dubio ad solennem diem expiationis, quo unico quotannis totius populi peccata expiabantur, typicaratione ut ex Levit. 16. & aliunde liquet, eo autem vere alludi confirmari potest, quemadmodum per locutionem ipsam quæ referri alio commode nequit, sic ex collatione horum, quæ præcedunt, quibus fatis aperte ducimur ad cogitandum de intimo sanctuario, in quo lapis arcum quondam sustinens lychnuchus luminibus suis eo respiciens.

## §. 7.

Nos propositi nostri memores filum hic abrumpimus, benevolum Lectoris judicium de his rudi penicillo elaboratis nobis promittentes. Quamvis vero haud negemus, hæc omnia pluribus adhuc deduci potuisse, subsistere tamen hic potuit, ut legibus fatis fiat. Adeoque manum de tabula ; indicandum modo est, quem in finem hæc a me in medium sint producta.

Instat

Instat scholæ nostræ dies lustricus, in quo & discipuli secundi ordinis sollempne examen subibunt. Explorandi sunt juvenes, quales in litteris fecerint progressus; & quomodo sint instituti.

Quidam exercitii gratia adorandum, quidam ad colloquendum prodibunt. Primus, qui in arenam descendet, est

Christianus Ludovicus Becker, Cotheniensis, proponet *naturæ discipulum*.

Hunc deinde excipiet

Guilielmus Ludovicus Schneider, Cotheniensis, dis ferturus *de ira* versibus teutonicis.

Tandem

Joannes Georgius Fridericus Carolus Hanckwitz, Cotheniensis, *de Jacobo deplorante* perorabit.

Collōquio nomen est

*Denkwürdigkeiten der Anhaltischen Geschichte,  
und besonders der Hoch-Fürstl. Residenz-  
Stadt Cöthen.*

Collo-

**Colloquentes vero sunt:**

- 1.) Carolus Godofredus Bæntschi, Wendorf-Cotheniensis.
- 2.) Fridericus Daniel Stacke, Cotheniensis.
- 3.) Fridericus Henricus Guilielmus Ihring, Cotheniensis.
- 4.) Joannes Fridericus Carolus Poetsch, Elsdorf-Cotheniensis.
- 5.) Daniel Ludovicus Bramigk, Cotheniensis.
- 6.) Joannes Vollrath Ludovicus Salmuth, Cotheniensis.

**Ordo Examini Classis secundæ:**

- 1.) Catechismus,
- 2.) Oratio I.
- 3.) Epistol. Cicer. ad Famil.
- 4.) Oratio II.
- 5.) Græc. Testam. Nov.
- 6.) Colloquium.
- 7.) Ovid. Trist.
- 8.) Historia.
- 9.) Oratio III.

Omnis litterarum Patronos atque Fautores vehementer etiam atque etiam rogamus, ut sua honorifica præsentia testentur, quanti faciant hanc festivitatem.



Kopie 73 H 193 [5]



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1978

M

484  
(5)

De  
LOCUTIONE EMBLEMATICA

ad Cap. III. Zachar. vers. 9.

differens

VIROS

Illustres, Generosos, Amplissimos, Consultissimos  
admodum Reverendos Patronos, & Scholæ Antistites  
Spectatissimos, ut et Omnes omnium Ordinum Musarum  
Fautores Nobilissimos & Honoratissimos

Ad

Actum Oratorium

Et

Subsequens Examen

Die 29. & 30. Mart. 1773. hor. mat. 9.

In Schola Cotheniensi Reformata  
celebrandum,

*humanissime invitat*

Joannes Augustus Lüdicke  
Con-Rector.

Cothenii, ex Officina Schöndorfiana.

X3063685